



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Navis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

JOANNIS PIERII VALERIANI  
HIEROGLYPHICORUM  
LIBER XLV.

DE IIS QUÆ PER NAVEM, ET ALIQUOT  
EJUS PARTES SIGNIFICANTUR.

Ex sacris Ægyptiorum Literis.

AD REVERENDISS. D. THOMAM CAMPEDIUM  
EPISCOPUM FELTRENSEM.

**N**unquam putasse, Colendissime Presul, accidere posse, ut mihi de Jure tecum differendum esset, quod nunc casus tulit, & necessitas poscere via est. Nam cum mecum cogitarem aliquoddii Commentarium de significatis Ægyptiorum, pro meo erga te cultu & observantia, dedicare non enim vir tantus pretereundus erat, qui statem omnem, & jure publice profiteretur sententia, Roma dicendis, sacrosantè Consilio presidendo, & in Principum negotiis procurandis, insumpserit argumentum querebam quod ad hujusmodi Personæ nomen accommodari posset, opportunèque pīsum merum hieroglyphica commentaria pro manib[us] habebam, que Presulibus, quibusdam, quos precepe colo, honoratissime Antistes, scoperam distribuere: atq[ue], cum non tam ipsi pīces, quam etiam instrumenta quād nautica interferenda essent, Anchora tibi debervisa est, que quod firmata Christiane Rcp. prejūdicio aliquando fuerit, antique clarissimeq[ue] nobilitatis Campedium domui pro insignibus argentea binc & inde gestare concessum est, jam ex illo, quo Ugolinius ipse Campedium pisana classis Imp. maris imperium ab impiis infidelibus inquinatum, pacificum reddidit. Sed priusquam de Anchora dicere incipiam, ex ita me facturum puto, si animadvertisendum dixerim locum libro Pandectarum i<sup>4</sup>, titulo, de Exercitoria actione, capite statim primo, altero mox parsimpho, perperam interpositam esse. Anchore locutionum. Accursum hallucinari puto, quia corruptum sit codicem naūtus: ibi enim Ulpiani ex libro ad eisdem verba ita notam sunt: Magistrum navis accipere debemus eum, cui totius navis anchora mandata est, scilicet à domino. Nusquam vero legiego Anchoram pro gubernatione ponit, quod quidem manu pertinet ad clavum: usitatismaque omnium anchorarum metaphora, temone aut clavum aut gubernaculum regiminis loco ponit p[ro]p[ter]im obseruavi. Sedenim in Ulpiani verbis nulla erit ambiguitas, si velut in Pisano habetur codice antiquissimo illo, qui Florentiae asservatur, ita legerimus. Cui totius navis cura mandata est. Castigatissimamq[ue] lectionem hanc & in me operaveri, & in aliquot codicibus manucriptis, in quos nemo manus injecere deprehendi. Elegi itaque te judicem, ut qua aliena essent, legitimas agnoscerent possessoresque, resque omnis nautica legitime tractaretur. Tu quod Juris est videris: nisi anchoram jam alegata, quando hic standum minime necessum fuerit, ad iter institutum peragendum, navis iam ipsam ascendamus.

DE NAVI. CAP. I.

**N**avis, atque ejus partes aliquot, armanentaque ipsa multis locis in veterum monumentis sculpta, & in numis cusa non leve cogitationis argumentum spectantibus exhibuere, dum quid habibi velint plerique omnes investigant, quorum bonam explicatur partem, à nimo omnium antiquissimo exordiendum duximus. Quid igitur sibi Jani numerus velit examinemus.

ADVENTUS VEL MIGRATIO. CAP. II.

**R**ostrum navis alias autem puppis, vel interdum navigium in as signatum, Jani navigationem in Italiā ostendit: ex altera enim numi parte Janus geminus, ex altera rostrum navis, inquit Plinius, & nos inspeximus. Ovidius ita etiam interpretatur:

At bona posteritas puppim signavit in are,

Hospitis adventum testificata Dei;

Quin-